

ri narrauerūt, Theophrastus. Histor. stirp. lib. 4. cap. 8. vbi etiam scribit in sinu eiusdē maris Heroo cognomina-
to, Laurum esse, & Oleam & Thymū: Laurus.
verūm non viridia, sed lapidis specie,
parte è mari eminente: similia tamē vi-
ridibus, tam folijs quàm germinibus.
colorem quoq; floris in thymo, tanq;
nondum perfectè floruerit, liquidò
deprehendi. Iunci in lapidem versi
genera duo Vlysses Aldrouandus me-
dicus excellentissimus Bononiæ ha-
bet. Lapidem in iunco amicus qui-
dam meus Monspelij inuenit, in radi-
cis quodam veluti nodo totum abdi-
tum & innatum, quem à viro quodā
docto lapidem Cyperi vocari aiebat, Cyperi
& ad amuletum aduersus epilepsiam,^{lapis.}
si rectè memini, magnificeri.

L. Leguminum specie lapides qui
dā inueniuntur, pisis (de quibus mox
in P.) aut lentibus similes: partim co-
agmentati ex pluribus ceu granis aut
seminibus, partim etiam grana singu-

Qq. 5